

Δ lit. D. n. 7

COMMENTARII
COLLEGGII CO.
NIMBRICENSIS
SOCIETATIS
IESV,

IN DVOS LIBROS DE GENERATIONE
& Corruptione, Aristotelis
Stagiritæ.



47595

*Martin a. Mexia
Do Collegio de S.
Joseph. de Carmelita,
Descalcos.*

CONIMBRICÆ

Ex Officina Antonij à Mariz Vniuersitatis Typographi.
Anno Domini, M. D. LXXXVII.

Cum Privilegio Regis, et facultate Superiorum.



COMMENTARI

COLLEGIUM
MUNICIPALIS
SOCIETATIS

LIBRIS

IN HOC LIBRO DE GRAMMATICIS
et de...
...
...



COMITATUS

Ex Officio...
Anno Domini M.D.C.C.C.

Comitatus Regis...



I V D I C I V M E O R V M, Q V I A D
hos cōmentarios ex officio Sanctæ Inquisitionis
recognoscendos constituti fuerunt.

PERlegimus hos cursus Conimbricensis cōmentariós in libros de
Generatione, & Corruptione, in quibus nihil inuenimus, quod
Fidei aut bonis moribus repugnet. Quin verò censuimus esse
opus & doctrinæ subtilitate, & styli nitore, & rerum, quæ in eo tractā
tur, copia & varietate insignē; nec Philosophis tantum, sed Theolo-
gis quoque perquàm vtile futurum. Quod proinde non modo typis
excudi, sed immortalitati commendari debeat.

Ioannes Correa.

F. Ludouicus de Sotto Maior.

Rey de Goes.

**FACULTAS SUPREMI SANCTÆ
Inquisitionis Concilij.**

Excudantur hi commentarij in duos libros de Generatione, & Cor-
ruptione. 24. Septembris. 1592.

Antonius de Mendoça.

Iacobus de Sousa.

Marcus Teixeyra.

FACULTAS REGII SENATVS.

Excudantur hi commentarij. Olisipone, 23. Decembris. 1595.

Hieronimus Pereira.

Damianus de Aguiar.


**FACULTAS ILLVSTRISS. AC REVEREN
diss. D. Alphonsi de Cattelbranco Episcopi
Conimbricensis.**

Excudi possunt hi commentarij, cum nihil contineant à Christiana
religione, aut rectamorum Doctrina alienum. 4. Decemb. 1595.

D. ALPHONSVS EPISCOPVS COMMES.

SUMMA DO PRIVILEGIO REAL

Communicado ao Impressor Antonio de Mariz, com to.
das suas forças, & pelo mesmo tempo que aos
Padres da Companhia de I E S V
he concedido.

 **LREY** Nosso Senhor fez merce aos Padres
da Companhia de I E S V deste Reyno, que
ninguem possa Imprimir, nem trazer de
fora, nem vender quaesquer liuros compostos, orde-
nados, ou tresladados por elles, sem sua approvação
sobpena de perder os ditos liuros que lhe forem acha-
dos, & trinta cruzados: como mais largamente se con-
tem no priuilegio, & Prouisão de Sua Alteza, que Iorge
da Costa fez em Lisboa a 25. de Agosto. Anno do Se-
nhor. De 1572.

R E Y.

BACALTA SILLVSTRIS. AGRVARI

diu. D. Alphonsi de Castro Episcopi

Combricensis.

Exendi post hunc hi commentarij, cum nihil continerent à Christianis
religione, aut reformatione doctrinae alienum. 4. Decemb. 1572.

D. ALPHONSVS EPISCOPVS COMBR.

S V M M A C A P I T V M,
 ET Q V Æ S T I O N V M, Q V Æ I N
 H I S C E L I B R I S A R I S T O T E L I S D E
 G E N E R A T I O N E, E T C O R R U P T I O N E C O N T I N E N T V R.

In Primo libro.

CAPITE PRIMO.



Roponitur suscepti instituti ratio; enumerantur veterum philosophorum dogmata de rerum ortu, & interitu.

CAPITE II.

Rursus doctrinæ scopus explicatur, & antiquorum de re proposita sententiæ in medium afferuntur.

CAPITE III.

Declarat Aristoteles quid ipse de rerum ortu, & interitu sentiat: statuit dandam generationem simplicem, & dubia quædam dissolvit.

CAPITE IIII.

Generatio simplex quid sit; quo pacto ab alteratione, cæterisque mutationibus differat: Item quænam alterationis propria, peculiaris ve natura sit.

- Quæstio. I.** Quid sit alteratio, & quo pacto ad generationem sese habeat.
- Art. 1.** Explicatur alterationis definitio.
2. Quibus inter se alteratio, generatioque dissident.
3. Dubij cuiusdam enodatio.
- Quæst. 2.** Vtrum alteratio sit continua; nec ne.
- Art. 1.** Qui partem negativam tueantur, & quibus argumentis.
2. Solutio quæstionis.
3. Diluuntur primi articuli argumenta.
- Quæst. 3.** Quem dignitatis locum alteratio inter cæteros motus vendicet.
- Art. 1.** Responsio ad quæstionem.
2. Aliquot obiectorum dilutio.
- Quæst. 4.** Quod nam sit subiectum alterationis, aliorumque materialium accidentium.
- Art. 1.** Explicatio controversiæ.
2. Materialia accidentia interuentu quæritatis in materiam recipi.
3. Obiecta aduersus ea, quæ primo articulo conclusa sunt, eorumque refutatio.

- Vtrum quodlibet accidens diuina virtute alieno subiecto inherere possit; an non. **Quæst. 5.**
- Argumenta pro parte negatiua. **Art. 1.**
- Quid in re proposita sentiendum videatur. **2.**
- Occurritur primi articuli argumentis. **3.**
- Possit ne accidens diuina virtute cõseruari extra subiectum. **Quæst. 6.**
- Quæ argumenta probare videantur, non posse. **Art. 1.**
- Certum esse, posse diuina virtute cõseruari accidentia extra subiectum. **2.**
- Argumentis initio adductis nihil contra ea, quæ primo articulo asserta sunt, confici. **3.**
- Quid nam accidens amittere, aut acquirere debeat, vt diuinitus extra subiectum maneat. **Quæst. 7.**
- Quid circa vtranque partem controversiæ sentiendum sit. **Art. 1.**
- Explicantur duo argumenta proximi articuli. **2.**
- Agitur de actione, & interitu accidentium extra subiectum.
- Diluuntur tertium argumentum primi articuli; ostenditur e. usalitate subiecti respectu accidentium non suppleri à Deo in genere cause materialis. **3.**
- Detur ne substantialis generatio, an non. **Quæst. 8.**
- Et si eam veteres negarint, negari tamen non posse. **Art. 1.**
- Occurritur argumentis, quibus substantialis generatio oppugnari potest. **2.**
- An generatio substantialis rectè ab Aristotele definita sit. **Quæst. 9.**
- Explicatur definitio generationis substantialis. **Art. 1.**
- Refutatio obiectorum. **2.**
- An definitio generationis viuientium rectè se habeat. **Quæst. 10.**
- Explicatur definitio generationis viuientium. **Art. 1.**
- Responsio ad argumenta contra superiorum definitionem. **2.**
- Vtrum generatio sit conuersio. **Quæst. 11.**
- De conditionibus ad conuersionem requisitis. **Art. 1.**
- Disputatio quæstionis, eiusque dilutio. **2.**
- Vtrum generatio sit vera actio instantanea, an non. **Quæst. 12.**
- Opinio existimantium non esse. **Art. 1.**
- Constituitur vera sententia, diluunturque argumenta aduersariorum. **2.**
- In quam actione generatio propriè consistat. **Quæst. 13.**
- Decernitur consistere in actione, qua generas

	vnit formam cum materia . Disquiritur num in humana generatione talis actio detur.	
2.	Probabilius videri etiam in generatione hominis dari ex parte, generantis actionem, quæ animam intrinsecè attingat eâ corpori vnendo.	
Quæst. 14.	Vtrum humanæ generationes supra naturæ vim editæ propriè, vniuoceque generationes sint: an non.	
Art. 1.	Argumenta partis negatiuæ.	
2.	Explanatio controuersæ; & dilutio argumentorum superioris articuli.	
Quæst. 15.	Vtrum forma, an compositum sit terminus per se generationis.	
Art. 1.	Diuersæ auctorum sententiæ.	
2.	Quid in re proposita asserendum videatur.	
3.	Responsio ad primi articuli argumenta.	
Quæst. 16.	Quibus rebus generatio, & corruptio inter se conueniant, & differant: & de quibusdam earum affectionibus.	
Art. 1.	Explicatur corruptio definitio.	
2.	Multiplex conuenientia, & discrimen, inter generationem, corruptionemque.	
3.	Quonâ modo corruptio dicenda sit naturalis.	
4.	Quod generatio intendatur per se a natura.	
5.	Quod corruptio non intendatur à natura per se.	
Quæst. 17.	An corruptio vnus, sit alterius generatio.	
Art. 1.	Argumenta, quæ pro parte negatiua afferri possunt.	
2.	Statuuntur aliquot affectiones, quibus tota quæstio explanatur.	
Quæst. 18.	An in cuiuslibet rei naturalis interitu fiat vsq; ad materiam primam resolutio, nec ne.	
Art. 1.	Quibus argumentis negatiua pars quæstionis ostendi videatur.	
2.	Defenditur pars affirmatiua controuersæ.	
3.	Diluitur primum argumentum primi articuli: Agitur de concursu dispositionum respectu formæ.	
4.	Explicantur cetera primi articuli argumenta.	
5.	Quo pacto dilui possint rationes eorum, qui negatiuam quæstionis partem tuerentur.	
Quæst. 19.	Num in quolibet composito physico tot insint formæ substantiales se ipsa differentes, quot essentialia prædicata.	
Art. 1.	Qui affirmatiuam partem sequantur, & quibus eam argumentis probent.	
2.	Astruitur pars negatiua, diluuntur aduersariorū argumenta.	
Quæst. 20.	Danda ne sit in rebus physicis corporeitatis forma, an non.	
Art. 1.	Opiniones, & argumenta eorum, qui affirmatiuam partem tuerentur.	
2.	Corporeitatis formam esse fictitiā, minimeq; necessariā.	
3.	Diluuntur contrariæ opinionis argumenta.	
Quæst. 21.	Vtrum in homine plures sint animæ, an vna tantum.	
	Diuersæ auctorum sententiæ.	Art. 1.
	Ommino asserendum vnam tantum esse animam in quolibet homine.	2.
	Occurritur primi articuli argumentis.	3.
	Vtrum partes organice animalium diuersas specie formas vendicent, an non.	Quæst. 22.
	Opinio existimantium vendicare.	Art. 1.
	Constituitur pars negatiua controuersæ. Diluuntur tria priora argumenta superioris articuli.	2.
	Explicatur quartum argumentum; differitur de partium dissimilariū actione.	3.
	Sint ne capilli, & vngues animati: an non.	Quæst. 23.
	Diuersæ philosophorum sententiæ.	Art. 1.
	Dissoluuntur argumenta pro superioribus sententijs adducta, vt quam quisque magis probare tueri possit.	2.
	Num quatuor humores, & spiritus tam vitales, quam animales vita præditi sint, an non.	Quæst. 24.
	Quibus argumentis pars affirmatiua quæstionis vera videatur.	Art. 1.
	Concluditur pars negatiua controuersæ.	2.
	Explicatio argumentorum primi articuli.	3.
	Vtrum lac, & semen viuant.	Quæst. 25.
	Qua ratione lac procreetur: & quod vita careat.	Art. 1.
	Semen potestate, non actu viuere.	2.
	Vtrum in semine generatiua, & formatrix virtutes insideat.	Quæst. 26.
	Quid in proposita difficultate sentiendum sit.	Art. 1.
	Dilutio vltimi argumenti superioris controuersæ; & aliarum quarundam dubitationum explicatio.	2.
	An vterque parens per vim seminariam actuè concurret ad generationem.	Quæst. 27.
	Quæstionis in vtranque partem disputatio.	Art. 1.
	Quæstionis conclusio. Explanatio argumentorum vtriusque partis.	2.
	Ex qua materia coagmentetur fœtus.	Quæst. 28.
	Proponitur duplex sententia, vna Aristotelis, altera Medicorum.	Art. 1.
	Dubia quædam soluentur.	2.
	An cor ante alia membra efformetur.	Quæst. 29.
	Refutantur qui omnia membra equè primò cõfingi credidere.	Art. 1.
	Sententia Hippocratis, & Aristotelis, quorum ille hepatis, hic cor primò effingi putauit.	2.
	Probabile esse cor: probabile item i: cur primò gigni: vtriusque partis argumenta probabiliter tantum esse.	3.
	Cur filij parentibus, alijsve similes, aut dissimiles enascantur.	Quæst. 30.
	Traduntur nonnullæ huius rei causæ.	Art. 1.
	Quantam in re proposita imaginatio vim habeat.	2.
	CAPITE V.	
	Quid sit accretio: quo pacto ab alijs motibus differat:	

DE GENERATIONE, ET COR. PROOEM.

<p>differat: quid inter eam, & nutritionem sit discriminis.</p> <p>Questio. 1. De facultate naturali, vitali, & animali.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Facultatem naturalem, ad quam accretio, & nutritio spectant, partim in iecore contineri, partim non.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Facultatem vitalem in corde sedem habere.</p> <p style="padding-left: 20px;">3. Quid de animali facultate asserendum sit.</p> <p style="padding-left: 20px;">4. Argumenta aduersus ea, quae superioribus articulis conclusa sunt.</p> <p style="padding-left: 20px;">5. Soluuntur omnia proximi articuli argumenta, excepto ultimo.</p> <p style="padding-left: 20px;">6. Diluuntur vltimum quarti articuli argumentum. Queritur quodnam sit in animali membri dignitate primum.</p> <p>Quest. 2. Deur ne spiritus in animante, an non.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Dari spiritus vitales, & animales, & vt quidam volunt, etiam naturales.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Quo naturae artificio spiritus procreentur, foveanturque.</p> <p>Quest. 3. Qua ratione alitrix facultas circa alimentum negotietur.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. De necessitate vegetatricum facultatum, deque prima alimenti coctione.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. De secunda coctione.</p> <p style="padding-left: 20px;">3. De tertia coctione, & conuersione alimenti, deque facultatibus adiutricibus.</p> <p>Quest. 4. Vtrum omnes quatuor humores in hepate gignantur.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Constituitur pars affirmatiua.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Aliquot obiectionum dilutio.</p> <p>Quest. 5. Quidnam sit fames, & sitis.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Argumenta contra famis, & sitis definitionem ab Aristotele traditam.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Vnde fames, & sitis orientur; & in quo proprie consistant.</p> <p style="padding-left: 20px;">3. Dilutio argumentorum primi articuli.</p> <p>Quest. 6. Cuiusmodi esse oporteat alimentum.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Propositi dubij explicatio.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Obiecta, eorumque refutatio.</p> <p>Quest. 7. An elementum, rei viuientis alimentum esse queat, nec ne.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Argumenta in partem affirmatiuam.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Dubij superioris explicatio.</p> <p>Quest. 8. Vtrum animalia sanguine praedita solo sanguine nutriantur.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Vtriusque partis argumenta.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Quaestiois conclusio.</p> <p style="padding-left: 20px;">3. Soluuntur argumenta primi articuli.</p> <p>Quest. 9. Vtrum sit necesse omne viuens nutriri, an non.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Dissolutio controuersae; & argumenta, quibus ea oppugnari possit.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Responsio ad superiora argumenta.</p> <p>Quest. 10. Vtrum viuens, quando viuunt, nutriatur.</p> <p style="padding-left: 20px;">Art. 1. Videri non semper nutriri.</p> <p style="padding-left: 20px;">2. Viuens, quando viuunt, nutriri: nec superioribus argumentis oppositum concludi.</p> <p>Quest. 11. Vtrum alimentum per nutritionem in veram</p>	<p>substantiam rei, quae alitur, commutetur.</p> <p>Sententia Magistri, & Alexandri Aphrodisi. Art. 1.</p> <p>Superiorum sententiarum confutatio. 2.</p> <p>Responsio ad argumenta primi articuli. 3.</p> <p>An toto nutritionis decursu idem subiectum perseveret, nec ne. Quest. 12.</p> <p>Quid Aristoteles significarit nomine patrum formalium, & materialium subiecti. Art. 1.</p> <p>Quo pacto maneat, vel non maneat idem, subiectum, quod nutritur. 2.</p> <p>Quonam modo accretio, & decretio inter se, & a nutritione differant. Quest. 13.</p> <p>Quam varie accretionis, & decretionis nomen vituperetur. Art. 1.</p> <p>Explicatio controuersiae. 2.</p> <p>Fieri ne possit, vt viuens, dum vita fruatur, semper augetur. Quest. 14.</p> <p>Et si viuens dum viuunt, nouam quantitatis portionem comparat; augeti tamen perpetuo non posse. Art. 1.</p> <p>Soluuntur aliquot obiectiones. 2.</p> <p>Num eius, quod incrementum sumit, quaelibet pars augetur. Quest. 15.</p> <p>Astruitur pars affirmatiua quaestiois. Art. 1.</p> <p>Quarundam obiectionum dilutio. 2.</p> <p>Sit ne accretio in quouis poro facta motus continuus; an non. Quest. 16.</p> <p>Diuersae auctorum sententiae. Art. 1.</p> <p>Verae opinionis explicatio. 2.</p> <p>Respondetur contrarium opinionum argumentis. 3.</p> <p>An corpus, quod rarefcit, nouam acquirat quantitatem; nec ne. Quest. 17.</p> <p>Quidnam sint raritas & densitas. Art. 1.</p> <p>Diuersae opiniones circa controuersiam initio propositam. 2.</p> <p>Rarefactione neque veterem quantitatem deperdi, neque nouam acquiri. 3.</p> <p>Dissoluuntur contrarium partium argumenta. 4.</p> <p>Quos motus subeat corpus cum rarefcit. 5.</p> <p>Argumenta aduersus id, quod de motu ad maiorem extensionem assertum fuit: eorumque explicatio. 6.</p> <p>Vtrum sine rarefactione, & absque accessu nouae materiae possit diuina virtute ex patuo fieri magnum, an non. Quest. 18.</p> <p>Quaestiois in vtranque partem disputatio. Art. 1.</p> <p>Praefertur pars negatiua, diluuntur vtriusque partis argumenta. 2.</p>
--	---

CAPITE VI.

<p>Quid, & quotuplex sit tactus; & quorum actio tactum requirat.</p> <p>Vtrum ad mutuam actionem, & passionem corporum, requiratur agentis, & patientis tactus.</p> <p>Negatiuae partis argumenta.</p>	<p style="text-align: right;">Art. 1.</p> <p style="text-align: right;">2.</p> <p style="text-align: right;">Quest. 19.</p> <p style="text-align: right;">Art. 1.</p>
--	---

IN LIBROS ARISTOTELIS

2. Solutio questionis, & argumentorum superioris articuli explanatio.

CAPITE VII.

Referuntur veterum opiniones de actione, & passione: statuitur quæ in se mutuò agunt, & patiuntur, partim similia, partim dissimilia esse oportere: item ea, quæ communem materiam nõ habent, absè inuicem pati non posse.

CAPITE VIII.

Confutantur antiquorum placita de modo agendi, & patiendi, videlicet Empedoclis, Leucippi, Milisi, & Platonis.

CAPITE IX.

Quæ sit vera agendi, & patiendi ratio, & quæ ad id conditiones requirantur.

Quæst. 1. Possitne idè agere in se ipsum actione reflexa.
Art. 1. Explanatio controuersie quoad actionem reflexam luminis.

2. Enodatio controuersie quoad actionem, reflexam, quæ per antiperistasis fit.

3. Explicatio eiusdem.

4. Adduntur quædam ad propositæ difficultatis explicationem concludendam.

Quæst. 2. Possitne simile agere in sibi simile, an non.

Art. 1. Statuitur prima conclusio, eademque ab aduersariorum argumentis defenditur.

2. Ponitur secunda conclusio; diluuntur obiectiones.

3. Traditur tertia conclusio: soluuntur rationes contrarie sententiæ.

Quæst. 3. Detur ne inter agens, & patiens actio reciproca: an non.

Art. 1. Argumenta partis negatiuæ.

2. Negari non posse mutuum actionem, & passionem inter agens, & patiens; & in ea se explicanda non rectè quosdam philosophari.

3. Repulsionem fieri, dum vnus qualitatis actiuitas alterius resistentiam vincit.

4. Refelluntur falsæ quorundam opiniones circa ea, quæ proximè conclusa sunt.

5. Diluuntur rationes, quæ probare contendebat patiens non regere.

CAPITE X.

An detur in rerum natura mistio; quibus rebus competat; qua ratione fiat; quid sit mistile.

Quæst. 1. Vtrum mistio sit.

Art. 1. Quibusdam argumentis videri non esse: retamen vera esse.

2. Diluuntur argumenta, quæ mistionem è medio tollere nitentur.

3. Dubij cuiusdam enodatio.

Vtrum definitio mistionis rectè se habeat.

Argumenta partis negatiuæ.

Defenditur mistionis definitio. Occurritur argumentis in aduersam partem adductis.

Vtrum elementa secundum suas formas manent in misto; an non.

Qui auctores affirmatiuam partem defendant, & quibus argumentis.

Negatiuam partem questionis veram esse.

Diluuntur aduersariorum argumenta.

Qua ratione elementa dicantur manere virtute in mistis.

Diversæ auctorum sententiæ.

Veræ opinionis explicatio.

Quæst. 2.

Art. 1.

2.

Quæst. 3.

Art. 1.

2.

3.

Quæst. 4.

Art. 1.

2.

In secundo libro.

CAPITE PRIMO.

Inchoatur disputatio de elementorum ortu, & interitu; agitur de materiali principio tum elementorum, tum corporum, quæ ex ipsis coalescunt: referuntur ea de re variæ antiquorum sententiæ.

CAPITE II.

Differitur de principio formali elementorum, quatenus tangibilia, atque actiua, & passiuua sunt: enumerantur variæ contrarietates tactilium qualitatum: explicatur, quænam ex ipsis pertineant ad formale principium elementorum, & quænam actiuæ sint, quæ passiuæ.

CAPITE III.

Singulis elementis propriæ assignantur qualitates: ponitur numerus elementorum, subiunguntur nonnulla theoremata ad eorum statum, conditionemque declarandam.

Quid sit elementum.

Multiplex elementi significatio, & definitio.

Essentiales elementorum formas non esse qualitates primas.

Solutio rationum, quæ oppositum probare nitentur.

Sint ne quatuor primæ qualitates, an non.

Negatiuæ partis argumenta.

Totius controuersie explicatio.

Soluuntur aduersariæ partis argumenta.

Vtrum Aristoteles quatuor primas qualitates rectè definiert.

Quibus rationibus negatiua pars ostendi videatur.

Diluuntur proximi articuli rationes.

Num è quatuor primis qualitibus duæ actiuæ sint, duæ passiuæ.

Explicatio questionis.

Dubiorum quorundam solutio.

Vtrum singulis elementis, singulæ in summo qualitates insint, & quæ quibus.

Quæst. 1.

Art. 1.

2.

3.

Quæst. 2.

Art. 1.

2.

3.

Quæst. 3.

Art. 1.

2.

Quæst. 4.

Art. 1.

2.

Quæst. 5.

Vni-

DE GENERATIONE, ET COR. PROOEM.

Art. 1. Vnicuique elemento in suo naturali statu competere vnam qualitatem in summo: igni calorem, aeri humiditatem.

2. Aquæ summum frigus: terræ siccitatem summam debere.

Questio. 6. Vtrum elementa, præter qualitatem vnam summè intensam, aliam in excellenti gradu vendicent.

Art. 1. Affirmatiuæ partis assertio, & confirmatio.

2. Eorum rationes, quæ ære in natura calidum esse negarunt.

3. Concluditur ærem esse natura calidum, diluuntur aduersariorum argumenta.

4. Qualitatem, quæ elementis in excellenti, non tamen summo gradu competit; contrariæ admixtam esse.

Quest. 7. Vtrum qualitates symbolice elementorum inter se specie distinguantur, an non.

Art. 1. Non distingui.

2. Diluuntur argumenta contra superioris articuli conclusionem.

Quest. 8. Vtrum calor elementalis specie differat ab animali, & cœlesti, an non.

Art. 1. Qui auctores putent differre, & quibus id argumentis foveant.

2. Elementarem calorem, cœlestem, & vitalem, omnesque in vniuersum calores eisdem esse speciei.

3. Aduersariæ partis argumenta non concludere.

Quest. 9. Possint ne duo contraria inueniri simul in eodem subiecto, an non.

Art. 1. Opinio existimantium nec contraria remissa posse simul inueniri.

2. Quædam contraria remissa eidem rei inesse posse; quædam non posse.

3. Contraria in excellenti gradu non posse simul in eodem subiecto inueniri.

4. Semper ex utroque contrario, si prima sint, vnus latitudinem absolui.

5. Contrarias qualitates in gradibus perfectis diuina virtute eidem rei inesse posse.

6. Quid de existentia contrariarum actionum in eodem subiecto iudicandum sit.

7. Dissoluantur primi articuli argumenta.

CAPITE III.

Elementa ex se mutuò gigni; & quo pacto inter habentia, vel non habentia symbolum, eiusmodi generatio sese habeat.

Quest. 1. Vtrum quoduis elementum è quouis gignatur, an non.

Art. 1. Argumenta in negativam partem.

2. Responsio ad propositam dubitationem.

Quest. 2. Num symbolica elementa in sese facilius committent.

Art. 1. Argumenta, quæ affirmatiuam partem oppugnant.

2. Constituitur pars affirmatiua.

Vtrum ex pluribus elementis possit gigni vnū à quolibet eorum specie distinctum.

Quibus argumentis videatur non posse.

Solutio dubij. Explicatio argumentorum.

Quest. 3

Art. 1.

2.

CAPITE V.

Præter elementa non dari aliud corpus, quod ipsorum principium, & materia sit: ipsa verò elementa quatuor esse, non plura, nec pauciora.

CAPITE VI.

Peccasse Empedoclem, quod negarit elementa in se mutuò commutari, atque alia quædã afferuerit, & a suis dictis, & à philosophica veritate aliena.

CAPITE VII.

Empedoclis errores iterum coarguuntur. Explicatur qua ratione mista ex elementis consistant; & ut primarum qualitatum mixtura, ac temperies fiat.

CAPITE VIII.

In quolibet misto inesse elementa omnia; etiã ignem, qui & si naturali videatur, re tamè vera non nutritur; sed prout in quolibet misto virtute continetur, in pabulum rerum viuentium cedit.

Quid, & quomplex sit temperamentum.

Temperamentum non esse relationem, nec quintam qualitatem; sed quatuor primas ad moderationem reductas.

Temperamentorum differentiæ, quæ & quales sint.

Detur ne corpus ex quocumque temperatum, an non.

De temperamento ad iustitiam.

De temperamento ad pondus diuersæ auctorum sententiæ.

Questionis explanatio.

An corporis humani temperamentum, & constitutio idonea sit cæteris que præstantior.

Negatiuæ partis argumenta.

Constituitur pars affirmatiua; refelluntur argumenta contraria.

Diluitur vltimum primi articuli argumentum: Explicatur in quonã pulchritudo consistat.

Quodnam temperamentum a excellentiã ingenij, & mentis perspicaciam magis idoneum sit.

Generatim de ijs, quæ ingenium vel melius, vel deterius reddunt.

Questionis initio propositæ in varias partes dissectio.

Controversiæ conclusio, & explicatio argumentorum.

Quod temperamentum vendicent quatuor anni tempora.

Quest. 2.

Art. 1.

2.

Quest. 3.

Art. 1.

2.

3.

Quest. 4.

Art. 1.

2.

3.

Quest. 4.

Art. 1.

2.

3.

Quest. 5.

tio inuehit. Diximus, seu totali, seu partiali; quia non necesse est quod
 ties aliquod cōpositum naturale gignitur, totū aliud corrumpi, vt pa-
 tet cum per actionem natūi caloris in humidum deperit pars viuentis,
 in cuius partis materiam inducitur forma alterius corporis: tunc enim
 gignitur quoddam totum, & tamen non perit totum aliud, sed illius
 pars. Deinde probatur conclusio quo ad posteriorem partem; quia si
 quod substantiale compositum interiret, quin aliud nasceretur; id sanè
 fieret, quia agens naturale non aliam formam substitueret loco eius,
 quam depulit. In quo euentu maneret, vt proximè dicebamus, materia
 absque omni substantiali forma; & agens physicum, quoad eius fieri po-
 test, mortalitati non succurreret; sed interitum, atque adeo naturæ ma-
 lum per se intenderet, quorum vtrumque à naturæ prouidentia, & bo-
 nitate alienum est. Addidimus, vel aggeneratione, quia in nutritione,
 corruptio alimenti non est coniuncta cum generatione alterius rei, sed
 cum aggeneratione viuentis, quod nutritur. Observat autem Scotus in
 2. dist. 12. quæst. 1. ideò generans patientis formam excludere, ipsum
 que interimere; quia cum generationem intendat, & totam rei generan-
 dæ essentiam in sua virtute non cohibeat; siquidem eius materiam effi-
 cere non potest, opus fuit aliunde materiam quærere, nimirum à subie-
 cto intereunte, eamque quodammodo suam facere, ac genito attribuere.
 Aduerte autem circa hanc Scoti rationem generans in productione ho-
 minis non solum non continere in sua virtute materiam, sed nec formam,
 vt patet: siquidem hanc solus Deus creat, nisi habere in sua virtute su-
 matur admodum latè, ita vt etiam dicatur de eo, quod, etsi nequeat
 formam producere, habet tamen in sua potestate materiam disponere,
 qua disposita Deus animam creat, cuius introductionem, & vnionem id,
 quod materiam disponit, simul attingat.

Actio natūi
 caloris in hu-
 midum.

3. Argum.

Cur generans
 patientis fo-
 mam exclu-
 dat.

5. Argum.

Lege Capr.
 in 2. d. 13. q. 2.
 ar. 3.

Aegd. quodl.
 4. q. 11.

Tertia conclusio. Generatio vnus accidentis interdum amissionem
 alterius coniunctam habet; interdum non. Prior pars huius conclu-
 sioni patet in quatuor primis qualitatibus. Nec enim V. G. calor
 vnquam acquiritur, quin frigus, vel ex toto, vel ex parte in eodē sub-
 iecto deperat. Posterior liquet in productione luminis, & aliorum
 complurium accidentium, vt superius ostendebamus.

3. Conclusio.
 Probatio.

Solutio argu-
 mentorū pri-
 mi articuli.

Argumenta verò initio quæstionis adducta nihil contra superiores
 conclusiones efficiunt. Ac primo quidem rectè occurrebatur. Cæ-
 teris ita respondendum. Imprimis cum desinit esse corpus Christi sub
 speciebus panis, non dari ibi corruptionem, licet detur generatio com-
 positi Physici. Verum id non ex naturæ ordine, sed ex vi facti mira-
 culi euenire. Quæ verò sequuntur de ortu cadaueris, & de productio-
 ne accidentium soluta iam sunt. Ad illud de Iaponeasi animali, dic-
 cum eiusmodi animal è terrestri fit natatile, nec nouam formam asciscere,
 nec antiquam speciem deserere: sed externam tantum effigiem ad
 natatum accommodare. Itaque negandum est omne aquatile à quouis
 terrestri specie distingui. Quod ex eo etiam confirmari potest, quia
 teste Cicerone 2. de natura deorum quædam serpentes oriuntur ex-
 tra aquam, quæ simulac primū nati possunt, nihil mutata natura, aquam

Philosophi-
 cam axioma
 est lib. de cau-
 sis

De aquatili-
bus, & amphi-
bijs.

prosequuntur. Et, ut docet Aristoteles lib. 1. de histor. anim. cap. 1. quædam primum in aquis degunt, deinde foris viuunt. Item, ut idem refert lib. 8. cap. 2. eiusdem operis quædam sunt bestia ancipites in utroque elemento, terra, inquam, & mari viuentes, ut genus testudinum, & tamen non propterea pertinent simul ad duas species. Quare neque quæ ex terrestribus omnino aquatiles fiunt speciem mutabunt.

Q V Æ S T I O XVIII.

A N I N C V I V S L I B E T R E I

naturalis interitu fiat vsque ad materiam
primam resolutio; nec ne.

A R T I C V L V S I.

Q V I B V S A R G V N E N T I S

negatiua pars quæstionis ostendi videatur.



Interi vsque ad materiam primam resolutionem, est nullum accidens eorum, quæ in re corrupta fuerant, nullamque eius substantialem formam in re genita permanere. Quia verò in præsentia sumimus, quod progressu ostendemus, in qualibet re naturali vnam tantum dari formam substantialem, ac proinde re dissoluta nullam eiusmodi formam in materia superesse; tota hæc quæstio circa accidentia versabitur.

Affertores
partis negati-
uæ

1. Argum.

Auicenna 1. suff. cap. 7. Auerroes in lib. de substantia orbis cap. 1. & in epitome Metaph. Henricus Gadauensis quodlib. 15. quæst. 7. Gregorius in 2. dist. 12. quæst. 2. art. 1. Gabriel dist. 16. quæst. vnica. Ochamus quodlib. 2. quæst. 11. alijque non pauci negatiuam partem tuentur, quæ hisce argumentis ostendi potest. Primo, si in puncto illo temporis, quo res gignitur, nullum manet accidens eorum, quæ prius materiam disponebant; sequitur induci formam in materiam non dispositam, quo enim pacto disposita sit, quæ accidentibus, per quæ disponitur, destituta est? sequitur relinqui materiam indifferentem ad quolibet formam; siquidem nuda materia non magis ad vnam, quam ad aliam formam determinata est. Sequitur materiam in instanti, quo receptura esset formam aeris, ad quam tempore antecedente disponebatur, posse formam ignis recipere, si ei in eodem instanti ignis applicetur; maximè cum ignis actuosior sit, & efficacior ad agendum, nec eius actioni quicquam in eo puncto resistat. Cum igitur hæc omnia absurda sint, relin-

Theophilus
lib. 2. de ani-
ma. tex. 5.

relinquitur huiusmodi positionem, ex qua ea sequuntur, minimè probandam esse.

Secundo, Alienū est à philosophica veritate spernere fidem sensuū, à quibus omnis nostra cognitio ortum capit: atqui sensus iudicat in homine mortuo eandem esse cicatricem, eandem figuram, & calorem, cæteraque eiusmodi quæ in viuente fuerant. Non igitur alia accidētia numero distincta; sed eadem omnino, quæ erant in re corrupta, manent in re genita.

Tertio, Non minūs, quin potius multò magis pendet materia à forma substantiali, quàm accidentia; cum materia sit pura potentia, accidentia verò actus: atqui eadem materia, abscedente vna forma, permanet sub alia. Ergo & idem accidens. Confirmaturque hæc ratio; quia si lumen ab vno corpore lucido productum, potest ab altero conseruari, cur non & idem calor in eadem materia sub diuersis formis conseruabitur?

Quarto, Accidentia, quibus materia ad nouam formam accipiendā redditur perfectè disposita, cum sint certa quoad gradualem latitudinem, & in subiecto certo; oportet vt incipiant in materia per primum sui esse; atque adeo in instanti, vt ex ijs, quæ 8. Physicorum libro docuimus, manifestum est; atqui hoc fieri nequit, si in eo momento, quo forma in materiam infertur, omnia accidentia pereunt; quia tunc dandum esset complementum latitudinis gradualis talium accidentium. Nullo igitur pacto ea perire dicendum est.

Quinto, Si omnia accidentia rei corruptæ momento generationis euanescerent, aliquid interiret sine corruptente; aliquid gigneretur sine generante; aliquid produceretur à suo contrario; aliquid sibi ipsi perniciem moliretur; aliquid ageret quando non esset; quæ omnia à veritate longè absunt. Prima huius consecutionis pars suadetur, quia cum, exempli gratia, aqua in aerem vertitur, si aquæ humor corrumpitur, à nullo corrumpitur; non enim ab humore aeris; siquidem vnū accidens non extinguit alterum eiusdem speciei; non à siccitate, cum aer humidior sit, quàm aqua; non à calore, aut frigore, quia hæc humori non aduersantur: à nullo ergo interimitur. Secunda pars ostenditur, quia cicatrix, & candor, quæ in Socratis cadauere visuntur, neque à corruptente, neque ab alia effectrici causa videntur produci. Tertia probatur, quia in visceribus eius, qui frigore interiit, manet aliquandiu calor; qui denuò gignitur, certè non nisi à frigiditate, atque adeo à suo contrario. Quarta demonstratur, quia id, quod est causa generationis, est etiam causa eorum, quæ generationem necessariò consequuntur, iuxta illud commune proloquium ex libro de causis propos. 1. quicquid est causa causæ, est causa causati. Quare cum accidētia, quæ disponunt ad formam recipiendam, sint causa generationis, si hæc necessariò consequitur eorundem accidentium interitus, utique fatendum erit ipsa accidētia sibi interitū machinari. Quinta ex eo cõcluditur, quia dispositiones, quæ formam antecedunt, attingunt introductionem formæ in instanti generationis, & tñ in eo iam n̄ sunt, vt aduersarij volunt.

R 3

Postre-

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

Philosophi-
cum axioma
ex lib. de cau-
sis.

Cap. 8. q. 1.

ilus
ant.
5.

6. Argum.

Postremò, Aristoteles hoc in libro cap. 4. tex. 24. affirmat cum ex aere aqua gignitur, manere in genito eandem perspicuitatem, quæ fuerat in corrupto. Et libro 2. cap. 4. text. 25. docet ideò elementa symbolica, id est, quæ symbolum seu conuenientiam in aliqua qualitate habent, facilius inuicem transmutari; quia minùs operosum est, vnã, quàm duas qualitates è contrario expellere. Sentit ergo Aristoteles cum res interit non omnes qualitates ab illa expelli, sed aliquas in re, quæ de nouo generatur, permanere.

De quantitate interminata opinio Pythagore, Platonis, & aliorum.

Præter superiora argumenta possent ad idem institutum confirmandum adduci ea, quibus probare aliqui nituntur quantitatem interminatam esse materiæ coæquam. Quam sententiam post Pythagoram, & Platonem, ac Platonicæ disciplinæ alumnos secuti sunt ex Peripateticis non pauci. Est aut quãtitas interminata, quæ etiam dicitur dimensio simplex, & dimensio in potentia, vt explicat Gregorius lib. 2. sent. d. 12. quæst. 2. art. 1. ad 5. nihil aliud, quàm triplex dimensio quantitatis in se spectata absque vlla certa figura, & termino; ñ quod ea sic actu existat, sed quia non nisi merito formarum hanc aut illam figuram, seu terminũ vendicet: quæadmodũ materia ex se informis dicitur, quia natura sua non magis ad hæc, quàm ad illã formã præfinita est, licet re ipsa nunquam omni forma careat. Itaque terminata, & interminata quantitas re idem sunt, modo tantum & ratione differunt. Cæterum quia præcipuæ rationes pro hac sententia, alibi à nobis inculcatæ, & solutæ iam sunt; non est, cur hoc loco à nobis repetantur. Legat, qui volet, Gregorium in 2. dist. 12. quæst. 2. Bassolium ibid. quæst. 3. Iandunũ ad lib. de substantia orbis quæst. 17. Aureolum apud Capreolum in 2. dist. 13. quæst. vnica. art. 2. Vtrum autem Auerroes dicat in corruptione non solum manere quantitatem, sed alia accidentia, controuersum est inter eius sectatores. Quæ de re Caietan⁹ in lib. de ente, & essentia q. 17. Soncinas lib. 8. Metaph. q. 9. Niphus cap. 4. huius lib.

Lib. 5. Phys. c. 2. q. 1. a. 4.

De opinione Auerrois.

ARTICVLVS II.

DEFENDITVR PARS

affirmatiua controuersie.

2. Argum.

Conclusio affirmatiua.

Nemo, vt nobis quidem videtur, superiora argumenta, & ea, quæ pro aduersaria parte afferemus, expendet, qui, si æquus æstimator esse velit, non fateatur admodum esse probabilem eorum sententiam, qui negant in interitu rerum naturalium fieri resolutionem, vique ad materiam primam. Placet tamen contrariam assertionem, quæ magis Aristotelica videtur, tueri cum D. Thoma 1. p. quæst. 76. art. 6. cum S. Thome quodamque illius magistro, Alense 4. p. quæst. 57. m. 4. & Magno Alberto, 2. parte summa de homine, cū Aegidio lib. 2. huius operis ad textum, 25. cum Heruæo de vnitae formarum quæst. 16. & 17. & quodlib. 4. quæst. 10. Caietano ad caput. 7. libri

D. Tho. in tract. de formis q. 6. & lib. 4. Sent. d. 11. q. 1 a. 1. quæstion. 3. ad 4.

de

de ente & essentia quæst. 17. Iauello 8. Metaph. quæst. 7. Soncinate ibidem quæst. 9. Hispalensi in 1. dist. 5. quæst. 1. art. 4. Capreolo in 2. dist. 13. quæst. vnica. art. 3. vbi ait, etsi olim D. Thomas contrariū scripserat secutus placitum Auerrois de quantitate interminata; postea tamen seipso factum doctiorem, hanc, quam sequimur, opinionem docuisse, præsertim in summa Theologiæ, qui est quasi liber retractationum illius.

Porro qui arbitrantur subiectum inhætionis accidentium esse totū compositum, ij sententiam hanc ea potissimum ratione confirmant, quod dissoluto subiecto necesse sit omnia illius accidentia fundit⁹ interire; alioqui posset accidens de subiecto in subiectum migrare. Verum istiusmodi fundamentum labefactatum à nobis fuit in quæstione de subiecto accidentium, vbi ostendimus non esse id totum compositū, sed materiam, prout formæ subest. Alia igitur ingressi via sic institutum comprobabimus. Accidentia materialia inhærent in materia interuentu quantitatis; sed in corruptione non manet eadem quantitas; igitur neque alia accidentia materialia. Minor probatur, primum, quia si in materia maneret eadem quantitas, sequeretur firmiorem esse vnionem materiæ cum quantitate, quam cum forma substantiali; siquidem illa esset dissolubilis, hæc autem perpetua. Absurditatem verò consequentis id declarat, quia cum forma, & materia pertineant ad idem genus, hoc est, suo modo ad eandem categoriam substantiæ, multò aptiora sunt ad mutuum nexum, & vnionem, eiusque diurnitatem seruandam, quam materia, & quantitas; vnde & illa faciunt compositum per se, hæc per accidens; quæ autem sunt per se firmiora esse consueuerunt, vt in cæteris rebus videre licet, quam quæ sunt per accidens. Deinde confirmatur eadem minor hūc in modum. Idem est ordo in recipiendo, qui in respiciendo; nec enim est, cur is perueri, aut variari debeat: atqui materia prius respicit formam substantialem, ad quam vt ad finem ordinatur, vt cum ea in vnus compositi naturam associetur; igitur prius substantialem formam, quam accidentariam recipit: sed non illam prius reciperet, si in omni generatione eadem quantitas permaneret, ergo &cæt.

Prætereà sublato vinculo, & causa vnionis dissoluitur vnio, sed act⁹ secundus, quemadmodum supponit actū primum, qui est forma substantialis, ita vnitur materiæ per eandem formam; ergo soluta vnione inter materiam, & formam substantialem, soluetur vnio inter materiam, & actum secundum, inter accidentia & eorum subiectum; atque adeo re corrupta omnia accidentia interibunt.

Item subiectum accidentium, vt supra ostēdimus, est materia prout subest formæ. Ergo sicuti accidentia absolutè sumpta pendent quoad sui conseruationem à materia, vt subest formæ absolutè spectatæ: ita hæc singularia accidentia pendebunt ab eadem materia quatenus huic certæ formæ subest; proindeque huius formæ abscessu, vel occasu omnia singularia accidentia delebuntur, alioqui trasmearent ab vno subiecto ad aliud.

Quorundā
fundamentū
in hac sen-
tentia tuēda.

Prima ratio.

Ordo idem
in recipiendo
qui in respi-
cendo.

2. Ratio.

3. Ratio.

Deni-

Ultim.

Denique teste Aristotele cap. 4. huius libri text. 23. corruptio est mutatio totius nullo manente sensibili subiecto: si autem re intereunte non omnia illius accidentia pereunt, manet idem sensibile subiectum. Necessse est igitur omnia interire. Item subiectum generationis, ut ex Aristotele sæpe retulim⁹, est materia nuda: ergo forma adueniens nullam accidens in materia inuenit.

ARTICULVS III.

DILVITVR PRIMVM

argumentum primi articuli. Agitur de concursu dispositionum respectu formæ.

Accedamus nunc ad diluenda argumenta contrariæ opinionis. Quoniam autem in primo agitur de dispositionibus materiæ, amplioris doctrinæ gratia explicabimus, quoniam pacto illæ ad introductionem nouæ formæ concurrant. Aduertendum duo esse dispositionum genera: quædam enim antecedunt introductionem formæ, & in ipso generationis momento pereunt, ut proximo articulo statuimus: aliæ formam origine subsequuntur, & cum ea in eodem instanti incipiunt. v. g. calor, quem ignis in aquæ materiæ producit, dum propriam formam inducere in eam molitur; dispositio est introductionem formæ ignis antecedens: calor verò, qui priore intereunte formam ignis in ipso generationis puncto consequitur, & cum ea manet, dispositio consequens dicitur. Igitur circa priores dispositiones nulla est hoc loco difficultas. Nam cum sint instrumenta, quorum interuentu efficiens rem gignit, ipsamque generandi actionem elicit, constat eas ad formæ introductionem actiuè concurrere: at circa posteriores nonnulla dubitatio est, quæ aliquot pronuntiatis enodabitur. Primū sit. Dispositiones consequentes non concurrunt efficienter ad introductionem formæ. Pronuntiatum hoc statuit Caietanus ad cap. 7. libelli de ente & essentia quæst. 17. & Hispalensis in 2. dist. 13. quæst. 1. memb. 2. probaturque. Nam v. g. forma ignis est causa effectrix sui caloris; si igitur ille met calor, qui est dispositio ipsam formam consequens, ad introductionem formæ ignis efficienter concurreret, eadem forma sui ipsius causa esset; siquidem quidquid est causa causæ, est item causa eius, quod ab ea fit. Item dispositiones antecedentes præparant quantum sat est materiam, sufficiuntque per se ad effectiuè introducendam formam. Igitur superuacaneus erit consequentium dispositionum concursus in eo causæ genere.

2. Pronuntiatum.

Secundum pronuntiatum sit. Dispositiones consequentes concurrunt aliquo modo ex parte materiæ, seu in genere causæ materialis ad formam, eamque origine utcumque antecedunt. Hoc pronuntiatum appro-

appro-

approbat, edisseritque Sanctus Thomas in quæstionibus de Veritate quæstione 28. artic. 8. hisce penè verbis. Dispositio, quæ necessaria est ad formam, quodammodo formam substantialē præcedit, nimirum secundum rationem causæ materialis: hæc enim dispositio ex parte materiæ se habet; sed alio modo, ex parte videlicet causæ formalis, substantialis forma prior est, in quantum & materiam, & materialia accidentia perficit. Idem asserit Capreolus in primo dist. 3. quæstione 3. artic. 2. Soncinas 8. Metaphys. quæstione 9. & 17. Ferrariensis 2. contra gentes ad caput. 71. & alij. Quod autem prædicta antecessio nequaquam ijs dispositionibus neganda sit, ex eo ostendi potest; quia illæ habent se se ex parte materiæ, quatenus eam vt congruentiæ vinculum reddūt aptam ad copulationem cum forma; adeò vt sine ijs non posset vi naturæ talis nexus dari; siquidem, vt Aristoteles lib. 2. de anima. capit. 2. textu 24. docet, actus non nisi in agente apto, idoneoque recipiuntur. Quoniam igitur tales dispositiones eo modo respectu materiæ se habent, sicut materia prior est, quàm forma, sic illæ dici poterunt materiam antecedere.

Sed contra prius pronuntiatum iam aliquis obijciat. Agens principale per consequentes dispositiones tanquam per instrumenta conseruat formam rei genitæ. Ergo nihil impedit, quominus per eas attingat productionem eiusdem formæ; si modo ea sit è numero illarum, quæ de potestate materiæ excitantur. Probatur consecutio, quia agens conseruare eo pacto formam nihil est aliud, quàm post primum instans generationis continuare collationem esse iam præhabiti; sed agens dedit esse formæ in primo illo instanti, & in eo iam erant dispositiones, nec quicquam eis deerat, quominus per eas ageret. Igitur iam tunc per eas contulit esse formæ (etsi nondum ipsas diceretur conseruare, quia non eis conferebat esse iam præhabitum) atque adeò potuere consequentes dispositiones effectiuè attingere productionem formæ. Item contra secundum pronuntiatum. Excepto sine nihil causat antequam existat, sed dispositiones non existunt ante formam, quia nihil in rerum natura cohæret ante suam causam efficientem, causa autem efficiens dispositionum consequentium est forma: ergo hæc dispositiones nullam rationem causæ fortiuntur comparatione formæ.

Ad primum horum respondendum, cum dispositiones, quæ per se consequuntur formam rei genitæ, actiuè oriantur ab eadem forma, vt calor, & siccitas à forma ignis, temperamentum à forma mixti; non dici agens per eas conseruare formam rei genitæ actiuè, quòd ipsæ agant in formam, sed quia forma per eas agit, suumque bonum procurat, & se tuetur, vt per virtutem motricem quærendo locum conuenientem; per nutritiuam, conuertendo alimentum: per calorem, resistendo externo frigori: similiterque per alia. Quare non rectè in argumento colligitur dispositiones consequentes posse attingere productionem formæ, eo quod agens per eas formam conseruat, cum eiusmodi conseruatio actiua non sit per actionem in formam,

S sed

Obiectio cō
tra 1. pronūc.
1. quæst. 3.
art. 2.

Obiectio cō
tra 2. pronūc.

Solut. 1. ob
iect.

1. quæst. 3.
art. 2.
1. quæst. 3.
art. 2.

Dispositiones
per se conse-
quentes for-
mam rei ge-
nitæ conser-
uare formam
dispositiue.

sed à forma. Adde etiam dispositiones per se consequentes formam rei genitæ conseruare formam dispositiue, quatenus requiruntur ad tuendam vnionem inter materiam, & formam; siquidem forma non copulatur materiæ nisi aptè dispositæ, vt supra diximus; adeo vt si materia contrarijs dispositionibus omnino occupetur, mox compositum dissoluatur. Cùm autem hic alter modus conseruandi non pertineat ad conseruationem actiuam, nec detur propriè nisi post instans generationis, sicuti nec prior, quia conseruare supponit esse iam præhabitum à re, quæ conseruatur; manifestum est ex hac conseruatione, quæ per dispositiones consequentes fit, non rectè sequi posse agens earum vi attingere productionem formæ, cùm per eas vt sic non agat. Locuti autem sumus in hac solutione de dispositionibus, quæ per se consequuntur formam rei genitæ; quia quæ ad illam ex accidente se habent, vt cicatrix ad formam cadaueris, eæ neutro modo obseruiunt ad conseruandam formam. Ad secundum maiori concessa dicendum est ad minorem, dispositiones non simpliciter existere ante formam; quia sic illam in genere causæ materialis origine antecedunt, vt eandem in genere causæ efficientis supponant.

Responso ad
1. arg. primi
articuli.

His ita explicatis veniamus ad primum argumentum initio quæstionis propositum, cuius occasione hæc disseruimus. Respondeamus ergo negandam esse consecutionem, & ad primam eius partem dicendum, formam induci in materiam dispositam; primum quia accidentia, quæ secum forma inuehit, sunt priora origine in genere causæ disponentis, & materialis, vt diximus, atque ita forma inuenit materiam prius natura dispositam: tum quia materia censetur in eo instanti præparata virtute earum dispositionum, quas tempore proximè antecedente habuerat: præsertim cùm hæc dispositiones non prius exuat, quàm veterem formam deponat: earum siquidem corruptio prioris formæ amissionem consequitur, quam amissionem ingressus nouæ formæ in genere causæ formalis antecedit. Ad secundam, & tertiam partem eiusdem consecutionis liquet ex dictis, quid dicendum sit. Est enim materia in eo puncto temporis determinata ad certam formam vi tam præcedentium, quàm consequentium dispositionum. Nec si ignis in eo instanti, materiæ ab aere dispositæ applicetur, suam ei formam inducet, quantumlibet actuosior sit, quàm aer, propterea quod aer per proprias dispositiones materiam omnino præoccupauit, & ad recipiendam in eo instanti suam formam prius tempore, & natura præfinit.

Aliorū solu-
tio, quæ im-
probat.

Sunt etiam, qui opinentur esto materia à nullo agēte ad certam formam determinata sit, nullumque in se habeat contrarium, sed absque omni forma diuinitus consistat, adhuc ignem eam sibi momēto disponere, & accommodare non posse; quia nimirū cùm calorem vniformiter difformiter in materiam explicet; necessariò temporis moram requirit, vt eum pro ratione, ac mensura suæ formæ perfectè intendat, atque adeo vt formam introducat. Nec quod ignis, inquiunt, nullam contrariam qualitatem, quæ ipsius actionem retardet, in materia offen-

offen-

cum alterum sit ens, alterum non ens: at decretio pro amissione quantitatis est quid negatiuum, vt loco ante citato decreuimus; accretio autem, & nutritio sunt mutationes positivæ, vt ex terminis, in quos tendunt, qui positiui sunt, liquidò constat.

Secunda conclusio. Accretio quocunque modo accepta, & vniuersim quælibet acquisitio nouæ quantitatis differt specie à nutritione. Probat, quia feruntur in terminos specie distinctos, nutritio quidem in substantiam, accretio in quantitatem; quod significauit Aristoteles hoc in libro cap. 5. textu 41, cum dixit, alimentum, vt quantum est, augere; vt substantia est, nutrire.

2. Conclusio.

Tertia conclusio. Accretio quocunque modo spectata, & vniuersim quælibet acquisitio quantitatis realiter differt à nutritione. Huic conclusioni aduersatur Marsilius hoc libro quæst. 10. & Albertus Saxonia quæst. 9. alijque nonnulli aientes eandem actionem dici nutritionem, siue aggenerationem, quatenus per eam substantiæ pars accipit esse, & accretionem, quatenus per eandem viuens nouam quantitatis portionem comparat.

3. Conclusio.

Sed nostræ sententiæ veritatem ea ratio confirmat, quia quantitas realiter differt à substantia, vt est communior, & verior philosophorum, theologorumque sententia: at cum aliqua inter se re ipsa distinguuntur, & vtrumque propriam acquisitionem vendicat, quomodo se habent substantia, & quantitas, dum rei, quæ nutritur, aduenit, vt libro 5. Physicorum capit. 2. quæstione 1. & capit. 4. quæstione secunda ostendimus, necesse est acquisitionem vtriusque realiter differre inter se.

Quantitas differt re à substantia.

Vt Vallesius
lib. 2. contr.
cap. 29. & lib.
5. Phys. c. 2.
& lib. 7. c. 2.

Sed obijciat aliquis. Si nutritio, & accretio realiter distinguerentur, unicuique inesset sua propria continuitas distincta à continuitate alterius: quod non videtur dicendum, tum quia non magis repugnant in eodem subiecto duæ quantitates permanentes, quam duæ successivæ: tum quia sicuti eadem continuitas materiam, calorem, & albedinem, cæteraque eiusmodi accidentia Socratis extendit; ita vna, & eadem extensio, seu continuitas videtur sat esse ad nutritionem, & accretionem extendendam. Sunt, qui respondeant nutritionem eadem numero continuitate extendi, qua accretio; ita vt extensio primò, ac per se accretioni competat, nutritioni verò secundariò, & per accidens. Tuenda tamen est cõtraria opinio aientiũ nutritionem obtinere suam, sibi que propriam continuitatem. Quod ita ostenditur. Continuitas est idẽ re cum forma, quæ acquiritur, seu cuius ipsa acquisitionem extendit. Igitur si acquisitio substantiæ, & quantitatis eadẽ continuitate extenderetur, iam substantia, & quantitas permanens, quæ per accretionem cõparatur, essent idẽ re ipsa inter se. Nec effugiet, qui dixerit continuitatem esse idẽ re cū acquisitione dūtaxat, quã per se extendit, idest, cū acquisitione quantitatis, non autẽ, cum ea, quam extendit secundariò, hoc est, cū nutritione. Non, inquam, effugiet; nec enim cõtinuitas secundariò extendit nutritionem, sicuti quantitas albedinem. Nutritio enim est acquisitio successiua, & continuata, imò & motus.

Obiectio.

Quorundam responsio, quæ non placet.

tus, tametsi minus propriè dictus, vt loc. cit. differuimus, quemlibet autem motum sua continuitas tanquam affectio propria comitatur. Argumentum verò, quod contrarium probare nitebatur, non probat. Ad priorem eius partem dicendum, est duas quantitates permanentes mole sua locum occupare, ac situm diuersum poscere, quod successiuus nullo pacto conuenit, ideòque illas mutuò se pellere, nec simul cohærere posse, has verò posse. Ad posteriorem quid respondendum sit, ex proximè dictis constat.

Dubium.

Solutio.

Quærat aliquis num motus ad quantitatem sit species infima, an subalterna comprehendens subse acquisitionē maioris, æqualis, & minoris quantitatis tanquam motus specie distinctos. Respondemus esse speciem infimam; quemadmodum & magnitudo, ad quam tendit, infima species est; nec enim ratio maioris, æqualis, & minoris faciunt per se ad distinguendam speciem, vt libro 5. Physicorum loco citato ostēdimus.

Q V Æ S T I O XIII.

FIERI NE POSSIT, VT VIVENS,
dum vita fruitur, semper augeat.

ARTICVLVS I.

ETSI VIVENS, DVM VIVIT,
nouam quantitatis portionem comparet;
augeri tamen perpetuò non posse.



X doctrina Aristotelis lib. 3. de anima cap. 12. textu 59. trifariam facultas nutriens, vitæ nostræ decursu, & ætatum inclinatione se se habet. Namque à primo ortu vsque ad annū vigesimum primum, vt ait Hippocrates libro de carnibus; vel, vt alijs placet, vsque ad annum circiter vigesimum quintū ob insiti caloris vim firmior est, ac vegetior, plusq; versus omnē dimensionem reponit alimenti, quam è corporis substantia decedat: atq; interim mēbra in oēs partes fundūtur, & accrescūt, nisi ob defectū alimēti, aut valetudinis vitiū, aliudvè eiusmodi impedimentū, secus accidat. Sequitur deinde florida ætas, in qua calore ad mediocritatē quandā tēperato altrix facultas veluti cōstantiā, & statū obtinet eo tenore, vt defluētis materiæ iacturā ex æquo refarciat, tunc

Media ætas æquo Marte agit.

De his Arist. lib. de vita, & morte D. Th. 1. p. q. 119. Dat in 2. d. 30. q. 4 Gal. lib. de opt. const. c. 4. D. Basil. hom. 10. Exa me.

verò

verò non iam ossa, nerui, aut membranae ulterius protenduntur; sed incrementum omne sistitur. Succedit tandem ætas extrema (nec enim libet hoc loco hominis vitam in minutiores partes concidere) in qua arefacto corpore calor, & nutriens virtus contabescit, ac minus quam quod deperit, ex alimento restituit; donec tandem calore, & humiditate, quæ eo usque mutuas operas contulerant, omnino consumptis mors sequitur (nisi eam ante casus aliquis, aut morbus, uti ferè contingit, accelerauerit) sequitur, inquam, mors æquo pede pulsans pauperum tabernas, regumque turres. Atque hoc modo è vita excedunt, qui senio confecti naturæ necessitate mortem oppetunt. Vnde Aristoteles libro 5. de generatione anim. capit. 4. rectè, inquit, dixeris morbum esse aduentitiam senectutem: quia nimirum morbi nonnulli idem faciunt, quod senectus. Lege Galenum lib. 1. de tuenda valetudine capit. 2. & lib. 2. de temperamentis capit. 2. & in secundum de natura hum. & in libr. de Marasmo, Ferneliù lib. 5. Physiologia cap. 3. Cælium lib. 22. lect. antiq. cap. 12.

Sanè ex hoc decursu vitæ, seu potius ad mortem progressu, & ex hac, quæ per ætates incidit, natiui caloris imminutione, quam conspicuam facit experientia; planè constat fieri non posse, ut quis, quoad viuit, incrementa capiat; nisi incrementi nomine intelligamus accessum aliquem nouæ quantitatis, qui perpetuus nutritionis comes est; cum fieri nequeat, ut viuenti noua materiæ portio absque noua quantitate adiungatur. Quæ verò hic de humanorum corporum accretione dicimus, suo modo intelligenda erunt non solum de cæteris animalibus; sed etiam de herbarum, & stirpium generibus. Quæ de re disserit Theophrastus in lib. de causis plantarum, & auctor librorum de plantis, qui cum Aristotelis operibus circumferuntur.

Nonnulla hic breuiter animaduertenda sunt. Primum est, hominem quinquennio ferè, ut docet Aristoteles libro 1. de gener. anim. capit. 18. habere circiter dimidium totius magnitudinis, quæ toto vitæ tempore comparatur. Plinius tamen lib. 9. capit. 16. trimatui id adscribit. In trimatu, inquit, suo cuique dimidiam esse mensuram staturæ certum est. Secundum est, ut aduertit Diuus Augustinus libro 15. de Ciuitate Dei capit. 26. humani corporis longitudinem à vertice usque ad vestigia sexies tantum habere, quantum latitudo, quæ est ab vno latere ad alterum latus: & decies tantum, quam altitudo, cuius altitudinis mensura est in latere à dorso ad ventrem, velut si iacentem hominem metiaris supinum, seu pronum, sexies tantum longus est à capite ad pedes, quam latus à dextra in sinistra, vel à sinistra in dextram, & decies, quam altus à terra. Docet autem Aristoteles in problematis sect. 10. problemate 10. mares ut plurimum maiori corpore esse, quam fœminas; quia mares naturam integram, perfectamque sortiuntur; fœminæ autem quasi mancam, & oblatam: & quia mares fœminis calidiores sunt: constat vero calorem altricis facultatis instrumentum esse.

Tertium est, optimam proportionem staturæ corporis humani qua-

Actas extre-
ma mater. &
dil; edia non
ex æquo re-
parat.

Morbus ad-
uentitia seu
ctus.

De incremē-
to humani
corporis, &
optima eius
proportione

tuor cubitis, sexuè pedibus definiti. Constat autem hic cubitus pede vno, & dimidio: pes quatuor palmis: palmus quatuor digitis secundum latitudinem inter se iunctis: digitus quatuor granis hordeaceis, quæ est minima mensura in demetiendo spatio. Lege Vitruvium cap. 1. libri tertij, eiusque interpretes ibidem. Maurolicum dialogo tertio, Vegetium lib. 1. de re militari cap. 5. Cælium lib. 3. cap. 21. Quartum est, præcipuam, & immediatam causam, cur aliqui infra iustam magnitudinem subsistant, alij ad eam perueniant, esse altricem facultatem, quæ in illis deficit, in his præstat. Dependet autem ea præstantia quoad usum, opusque exequendum à bonitate humidi primigenij, & temperamenti innati, ad quod concurrunt non solum progenitores; sed etiam sidera, & stellæ, quarum quisque in suo conceptu, ortuè irradiationem habuit; itemque soli, & regionis natura. Iuvat præterea corporum incrementa alimenti copia; nã ob eius defectum proueniunt nonnunquam pumiliones, vt testatur Aristoteles in problematis, sect. 10. probl. 14. Iuvat item ciborum commoditas; siquidè homines auferuntur dulcibus atque pinguibus; & aquæ, plusquam vini potu; minuuntur siccis, & aridis, ac frigidis, & siti. Iuvat tempestiua, & moderata membrorum exercitatio, quies opportuna, vacuitas laborum, & molestiarum, aliaque id genus, quæ decoctionem promouent. Consule Hippocratem in lib. de aere, aquis, & locis.

ARTICVLVS II.

SOLVUNTUR ALIQVOT

Obiectiones.

Prima obiectio.

Verum contra id, quod de calore diximus, opponet aliquis. Calor crescit, fortiorque efficitur aucta materia subiecti, cui inest, vt patet in calore ignis, qui in maiori igne, cæteris paribus, acrius urit, & in longiorem spheram actionem extendit. Igitur calor vnã cum corpore auferet, nec ætatum progressu degenerabit.

2. Obiectio.

Secundò, tanto plus alimenti in substantiam rei alitæ cedit, quanto plus ex eo decoquitur. Ergo si quis in ætate florida, & constanti utatur facilioris coctionis alimento, certè plus conuertet, quam amittet; atque adeò in ea etiam ætate incrementum capiet. Tertio, non videtur calor maiorem habere vim ad primæuum humidum depascendum, quam ad conuertendum alimentum in rem nutritam. Ergo in nulla vitæ parte plus ingeniti humidi deperibit, quam ascititij efflorescat.

4. Obiectio.

Postremò, multos videmus post annum quadragesimum è macilentis pingues, & obesos fieri, atque in molem ampliorem versus latera diffundi. Igitur fieri etiam poterit, vt ea ætate in longitudinem crescât, cum nulla videatur esse maior ratio, cur ad vnã loci differentiã, quã ad alias dilatentur.

Lege Aristot.
3. de hist. an.
cap. 18.

Ad

Vallesius lib.
6. controu.
Medic. c. 1.
Marcellus 2.
de an. c. 69.
& So. Garbio
lib. 1. tract. 5.
q. 33.

Ad primum horum respondetur id, quod ex alimento aduenit rei nutritæ, non tantam sortiri perfectionem, quanta erat humidi primigenij, ob eas causas, quas supra exposuimus: quod tamen in igni secus accidit; ignis enim propter acrimoniam, & vim, qua ad agendum, & ad debellandam aduersariorum repugnantiam valet, potest materiam, quam corripit, compensato subinde omni detrimento, in se se perfecte conuertere sibi que vnire; atque ita quanto plus materiæ combustibilis occupat, tanto potentior, & actuosior fit. Quo patet non eandem esse rationem in calore ignis, & in calore rei, quæ suscepto intus alimento nutritur, & augetur. Consule D. Thomam in 2. dist. 30. quæst. 2. art. 1. ad 5. & Magnum Albertum 2. part. summæ de homine in tractu de vi augmentatiua.

Dilatio primæ obiectio nis.

Discrimen inter ignem, & ieiuentem quoad conuersionem.

Ad secundum respondendum est licet in ætate consistendi vtatur quis facillimæ decoctionis alimento, non ideo posse id ab eo sic decoqui, vt plus sibi materiæ agglutinet, quam dilabatur; cuius rei causa est, quia facultas nutriendi, & augendi (sicut & cæteræ potentie actiuæ) terminantur quoad sua effecta intrinsecè versus maximū: (etsi non omnes in singulis eundem terminum vendicent, sed pro ratione ac modo subiecti, hoc aut illo pacto se se habentis) quo fit, vt vbi harum potentiarum quælibet summum, quem potest, effectum sortita est, non vterius promoueat, esto ei materia offeratur.

Dilatio 2. ob iectionis,

Nutriendi, & augendi facultas circumscribitur intrinsecè versus maximū ex parte effectus.

Ad tertium, Calorem præcipitanti ætate facilius humidi partes dissoluere, quam alimentum conuertere, quia tunc minus ei obstitit humidum iam veterascens, quam alimentum: maximè cum ad diripiendum humidum iuuetur à cibo ipso, qui in substantiam viuientis ob qualitatatum dissidium agit, & ab aere circumfuso, alijsque causis exterius incidentibus.

Dilatio 3. ob iectionis.

no fronsi
amoni
viciu

Lege M. Alb.
in lib. sum.
de hom. tra.
ct. 8. nutritio
ne. Põpona
tiõ in lib. de
nutr. c. 20.
Galen. lib. 2.
de natur. fa.
cult.

Ad quartum, Neminem propriè dici accrescere nisi secundum longitudinem augeatur; sic verò non augeri quenquam, nisi eius quoque ossa incrementum sumant: hæc autem non solere capere incrementum, nisi vsque ad consistendi ætatem. Videlicet quod eorum nutritio, & accretio morosior ac difficilior sit; tum quia nutriuntur ex medulla, in quam necesse est primò conuerti sanguinem; tum etiam, quia constat sicco, ac frigido temperamento, quod nutritionis opus minus iuuat: contra verò cum caro mollitudine, & calore prædita sit, atque adeò cum sanguine magis conueniat, facilis est, ac prompta sanguinis in eam commutatio. Ita patet fieri interdum posse, vt quis versus latera fundatur, & pinguescat; non tamen in maiorem porrigatur longitudinem. Quod ideo à quadragesimo anno nonnunquam accidit; quia tunc refractus calor sic interdum afficitur, vt minus diripiat è substantia ob peculiarem illius dispositionem, ac plus alimenti in partes non solidas conuertat.

Dilatio 4. ob iectionis.

Cur ossa post consistendi ætatem nõ accrescant.

In Paris Na
tural. de iu
uent. & sen
ct. cap. 4.

Ijs, quæ diximus, non obstat, quod dentes, vti ex Aristotele lib. 2. de gener. anim. cap. 4. alibi docuimus tota vita crescunt (vt patet in ijs, qui mutuum tactum declinant) cum tamen inter ossa numerentur. Nam quia attritu consumuntur, eorūque necessitas ad cõmolliendum

Cur dentes tota vita crescant.

dum cibum perpetua est, perenni cumento egent; ideoque prouisum à natura fuit, ut facultas auētrix peculiarem, & quasi extraordinariam curam ad eorum dispendia refarcienda cōferret. Nec item officit quod magnitudo, & incrementa corporum, non semper calori ex æquo respondent: id enim, quod initio superioris articuli de calore asseruimus, intelligendum est modò cætera sint paria: modificatur enim sæpe calor vis ab humido, alijsque causis simul concurrentibus.

Q V Æ S T I O XV.

N V M E I V S, Q V O D I N.

cumentum sumit, quælibet pars
augeſcat.

A R T I C V L V S I.

Astruitur pars affirmatiua quæſtionis.



Pororū cau-
sa efficiens,
& finalis.

Opinio Auer-
rois de poris
refellitur.

Xpendamus nunc an accretio per totum subiectū fa-
sa sit, ita ut nulla pars rei nutritæ non pariter capiat
incrementum. Prænotandū igitur primò est in cor-
poribus uiuentium poros esse, id est, cavitates quas-
dā, & meatus, quos natura ministerio caloris, & alia-
rum causarum humidum extenuantium, & consu-
mentium continenter efficit; tum ut per eos excre-
mentitij, noxijsq; humores exeāt, tum ut alimenti particulae minutatim
conciſæ ijsdem excipiantur, & ad vltimam decoctionem elaboratæ in
substantiam rei alitæ concedant. Enimverò nisi huiusmodi pori essent,
vel alimentum rem, quam nutrit, cum doloris sensu diuideret, vel duo
corpora se se permearent, quorum vtrumque à vero abest. Putat au-
tem Commentator hoc in lib. com. 38. uiuentium corpora sic esse hu-
iusmodi poris interſecta, ut quælibet pars minima porum vnum ven-
dicet, cuiusque interpositu ab alia minima diuidatur. Fallitur tamen;
primùm quia, ut fuit à nobis in phisicis declaratum, in composito na-
turali non datur minima pars homogenea toti inhærescens, hoc est, mi-
nimum carnis, aut ossis. Deinde quia videmus quorundam uiuentiū
corpora solidiora esse, magisq; compacta, alia minus; quo fit, ut quæ-
dam plures, alia pauciores poros habeant, & ut certa lege definiri ne-
queat, quàm ij rari aut frequentes sint, licet pro certo habeatur nullam
partem designari posse, quæ poris vacet.

Conclusio.

His animaduersis ad propositam dubitationem respondendum est
cum Aristotele hoc in lib. cap. 5. text. 32. eius, quod accrementū sus-
cipit, quælibet partem augeri. Quod ita ostenditur. Accretio semper
cum

lib. 1. cap. 4.
quæst. 1. 2.
7.

cū nutritione coniūcta est, sed quælibet pars viventis dum incrementum sumit, nutritur: ergo quælibet augetur. Minor probatur, quia calor sicuti per totum corpus funditur, ita è qualibet eius parte aliquid detrahit, atque adeò nulla pars est, quæ instauratione nõ indigeat: Quod diximus de partibus eius, quod incrementum suscipit, ita accipiendum est, vt absolutè intelligatur verū esse tam de eo, quod in molem ampliorem funditur, quàm de illo, quod parem, aut minorem recipit quantitatem: in his enim omnibus æquaratio est: quandoquidem oportet quælibet partem eius; quod nutritur, nouam quantitatem recipere, & è conuerso, siue subiectum plus materiæ recuperet, quam defluit, siue sit in statu, siue in decremento.

ARTICVLVS II.

QVARVNDAM OBJECTIONUM DILUTIO.

Sed obijcietaliquis. Eæ tantum partes aulescunt, quibus noua quantitatis portio adhærescit, & continuatur, hoc autem non cuiuslibet parti viventis accidit, sed ijs tantum, quas alimentum poris receptum proximè attingit. Non igitur quælibet pars eius, quod accrescit, augetur. Secundo, Pori sunt oppleti alijs corpusculis; igitur non possunt in se alimentum recipere. Si respondeatur ea corpuscula subeunti alimento locum dare, maximè cū etiam ab expultrici virtute abigantur. Est adhuc quod vrgeat. Nam cū animal in maiorem quantitatem excrescit, vel quælibet particula alimenti maior est poro, quem subintrat, vel minor, vel æqualis: si maior, nequibit ab eo poro excipi: si minor, vel æqualis, non angebitur viuens; ergo &c. Tertio, si quælibet pars rei auctæ fieret maior, sequeretur viuens versus omnes dimensiones æquè porrigi, quod falsum est, alioqui non in proceram staturam homo assurgeret, sed in rotundam conglobaretur. Quarto, Eæ partes corporis, quæ morbo aruere, non augetur, vt videtur sensu manifestum; igitur saltem hæ communem illam legem non seruant.

Ad primum horum dicendum rectè concludere eas tantum partes immediatè nutriri, & aulescere, quæ per se, ac sine aliarum interstitio alimentum attingunt, eoque potiuntur. Verum id non impedit, quominus cæteræ harum interuentu, siue mediatè, pariter crescant. Ad secundum respondendum inprimis est poros non semper ante ingressum alimenti alio corpore occupari. Interdum enim coniuncta, & cõtigua habent latera, & subintranti alimento sinus pandunt eo modo, quo vtres dum implentur. Deinde esto nonnunquam alijs corpusculis oppleti sint: ea tamen alimento cedunt, atque interdum maiorem copiam alimentitij humoris pori recipiunt, quam de eiusmodi corpusculis habuerint, quia facilè se se explicant, ac dilatant. Ad tertium neganda est consequentia. Altrix enim facultas dum viventium mem-

Prima obiectio.

2. obiectio.

3. obiectio.

4. obiectio.

Solut. 1.

Solut. 2.

Solut. 3.

bra quo-

Solut. 4.

bra quoque uersum porrigit, sequitur regulam formatricis virtutis, quæ hominem procerâ corporis effigie decorauit, & in sublime erexit. Quare sic homo incrementa uersus omnes partes accipit, ut in prædictam figuram semper conformetur. Ad quartum dicendum membra, quæ morbo ita aruere, ut adhuc uiuant, adhuc etiam nutriri; proindeque nouam quantitatis portionem acquirere, & interdum maiorem, quam sit ea, quæ defluit, si uiuens sit in ætate accrementi; licet hæc nutrientis & auctricis facultatis munia in membris ita affectis minus appareant. Quod si ariditas tanta sit, ut artus uita priuètur, tunc nihil mirum si istiusmodi muneribus, quæ uiuentium propria sunt, destituantur.

Q V Æ S T I O XVI.

S I T N E A C C R E T I O I N

quouis poro facta motus continuus,
an non.

A R T I C V L V S I.

D I V E R S A E A V C T O - rum sententiæ.

Questionis
sensus.



On accipimus hoc loco accretionem pro sola acquisitione quantitatis maioris, sed pro acquisitione cuiuslibet quantitatis facta in re uiuente: nec adducimus in controuersiam an accretio, quæ fit in vno poro, cum ijs, quæ in alijs poris fiunt, continuetur. Nam cum inter quamlibet partem

Negatiue par-
tis assertores.

porosam alia non porosa intercedat, satis liquet accretionem in eo sensu continuum motum nequaquam esse. Tantum igitur quærimus nū accretio illa, quæ in quolibet poro exercetur, per se sumpta, continua sit. Negantem partem amplexus est Auerroes lib. 3. Phisic. com. 8. Magnus Albertus 8. lib. eiusdem operis text. 23. Ferrariensis eodem lib. quæst. 6. Soncinas 8. metaph. quæst. 22. & 28. Capreolus in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 2. Pomponatius lib. 1. de nutrit. & augmentatione cap. 9. alijque nonnulli. Horum sententia est accretionem fieri discretè per momenta; quia ita fit aggeneratio, seu nutritio: credunt enim disponi prius certam portionem alimenti, quam uolunt esse minimam quoad generationem, deinde in eam puncto temporis induci formam rei, quæ nutritur; idemque accidere in cæteris partibus. Quod ergo nutritio fiat per momenta, hunc in modum concludunt. Ut forma substantialis in materiam alimenti recipiatur, necessaria est certa, ac præfinita dispositio: hæc autem non nisi per primum sui esse, atque

Prima opin.

Primum ar-
gument.

adco

I N D E X.

Solis Lux.	67. m.	Subiectum accidentium spiritualium ani-	ma.	46. m.
Sol cor mundi.	214. f.	Discrimen inter subiectum generationis & ac-	cidentium.	57. p. & 140. f.
Empedocles solem igneae naturae faciebat. 7. p. & 8. p.	.	Extra subiectum Deus potest conseruare ac-	cidentia.	65. f. & 97.
Sol & homo generant hominem.	186. f.	Item producere.		66. m.
Radij solis directi & reflexi.	309. f.	Accidentia non indiuiduantur per subiectum.		70. m.
Radij solis reflexi generant ignem in speculo.	ibidem.	Subiecta sine proprietatibus diuinitus conseruari possunt.		71. p.
Radij duo in vnum coeuntes.	110. m.	Accidens extra subiectum num acquirat nouum esse.		73. p.
Solis aestu quidam interiere.	401. f.	Commune subiectum quod contraria sustineat.		293. p.
Sol quomodo faciat diuersa anni tempora.	465. m.	Corrupto subiecto cessat idem motus.		275. p.
Diuisio Zodiaci in quatuor quadrantes.	466. f.	Cuilibet subiecto certa capacitas ad accidentia recipienda.		408. p.
S P E C I E S.				
Species rerum differunt ut perfectum & minus perfectum.	155. m.	S V B S I S T E N T I A.		
Species rerum ut numeri.	ibidem.	Anima Rationalis in corpore est per se subsistens.		46. m.
Speciebus figurarum animas Aristoteles comparat.	ibidem. m.	Sola per se subsistentia accipiunt esse.		118. p.
Materia sublunaris eiusdem speciei.	293. m.	Anima rationalis per se subsistit.		113. p.
Species intentionales, reales an gignant.	312. p.	Subsistentia diuina comunicari potest.		69. m.
Species rerum requiruntur ad perfectionem vniuersi.	485. f.	Subsistentia creata comunicari non potest.		ibidem.
Actio per Antiperistasis non fit per species intentionales.	311. m.	Natura potest conseruari sine propria, subsistentia.		ibidem. f.
S P I R I T V S.				
Spiritus vitalis.	256. m.	Natura humana in Verbo diuino caret propria subsistentia.		ibidem. m.
Spiritus vehicula imaginum.	171. m.	Anima Christi subsistit subsistentia Verbi diuini.		52. m.
Spiritus vitales & animales non informantur anima.	174. p.	Actiones sunt subsistentium.		46. p.
Discrimen inter sanguinem & spiritus.	ibid.	S V B S T A N T I A.		
Spiritus improprie nutriuntur.	176. p.	Substantia a quantitate extenditur.		61. p.
Receptio imaginum in spiritibus.	ibidem. m.	Accidens imitatur substantiam cum extra subiectum ponitur.		167. m.
Spiritus instabiles.	ibidem.	Substantia realiter distinguitur a quantitate.		263. m.
Vis confectrix spirituum vitalium in corde.	311. p.	Substantia quo nobilior eo nobiliores qualitates habet.		41. m.
Spirituum finalis causa.	217. f.	Substantia inherere non potest.		69. p.
Spiritus quid.	218. p.	Accidens non potest existere existentiis substantie.		68. m.
Spiritus influens & influens.	ibidem.	Ex substantia & accidente non fit vnum per se.		371. m.
Spiritus influens diuiditur in vitalem & animale.	ibidem.	Quod vni est substantia, alteri non potest inherere.		371. f.
An sit ponendus spiritus naturalis.	ibidem. f.	Corpulenta substantia que.		257. m.
Quibus indicijs deprehendatur dari spiritus.	219. p.	Sustentare varijs modis.		79. m.
Spiritus vitalis in leuo cordis ventriculo.	219. f.	S V C C E S S I V V M.		
Spiritus a quo cieantur.	220. p.	Successuum ens extra subiectum diuinitus poni potest.		67. f.
De spirituum sustentatione.	ibidem.	Successio animarum in vtero.		359. p.
Circumuoluti concidunt ob motum spirituum.	219. p.	Successuum ens diuinitus restitui potest.		501. m.
S V B I E C T V M.				
Opiniones de subiecto horum librorum.	1. m.	Qui id negent.		500.
Vera sententia.	2. p.	Que continuitas requiratur ad vnitatem entis successiui.		501. f.
Contrariorum subiectum necessario dandum.	7. f.	Non		
Extra subiectum non datur accidens naturaliter.	12. f.			
Generationis & alterationis subiectum.	30. p. & 36. f.			
Subiectum accidentium compositum.	45.			

INDEX

- Non potest essentia temporis veri ab imagine pendere. 302.
- Tempus positium commensuratur magis nario. 302. f.
- Repugnat successiuū impediri ne fluat. 303. m.
- Reuocatio successiuū quo pacto dicatur possibilis. ibidem.
- Possunt eiusdem horæ partes conuerso ordine redire. 304. p.
- Mutato partium ordine non esset idem successiuū quoad identitatē accidentariā. 304. f.
- ### S U P E R F I C I E S.
- Superficies indiuiduæ Platonis. 307. f.
- De superficie media inter vtrūque agēs. 338. p.
- Luminosam maius non auget lumen in prima superficie. 321. m.
- Immediate post primā superficiem est quicquid est infra V. G. lucem vt octo. ibidem.
- Si prima superficies diuinitus subtrahatur à corpore quid. 332. p.
- Agens in prima superficie producit quantum habet & post illam minus. 327. f.
- Superficies imaginaria & immobilis. 32. m.
- ### T A C T V S.
- Tactus Physicus. 294. p.
- Tactus improprius. 294. f.
- Omnis actio Physica contactum requirit. 293.
- Tactus virtutis & quantitatis. 295. p.
- Inter quæ reperitur contactus. ibidem. f.
- Ad mutuam actionem & passionem contactus non est ratio agendi sed vt cōditio. 296. m.
- Ad actionem non requiritur proprie contactus. 297. p.
- Tactus sentit exuperantiam qualitatum. 358. m.
- Tangibile quid. 364. m.
- Tactilium qualitatum septem coniugationes. 365. p.
- Tactus posterior nobilitate aspectu. 364. f.
- ### T E M P E R A M E N T V M.
- Ex ignis & aque oppugnatione temperamentum ad formam mixti. 427. f.
- Mortem valde febrientis frigidus cordis temperamento adscribit Galenus. 402. f.
- Temperamentū quomodo videtur relatio. 437. f.
- Temperamentū esse qualitatem quibus placuit. ibid.
- Temperamentum non est simplex qualitas sed aggregatum. 438. m.
- Non quælibet dissolutio temperamenti egritudo. 439. f.
- Temperamentum vni forme difforme; difforme simplex, & compositum. 440.
- Nonem temperamentorum discrimina. 441. p.
- Temperamentorum varietas in mixtis diuersæ speciei. ibidem.
- Temperamentum debitum fuit in primis parentibus. 442. m.
- Primorum parentum temperamentū idem fere tota vita futurum fuisset. 443. m.
- Temperamentum Christi Pro ætatum ratione varium. 443. p.
- Gloriosorum corporum temperamentum omnino inuariabile. ibidem.
- Qui negent temperamentū ad pondus. 444. p.
- Qui concedant. ibidem. f.
- Potest dari in toto misto inanimato temperamentum ad pondus. 445. f.
- In toto misto animato nequit per naturam dari temperamentum ad pondus eius formæ conueniens, non repugnat tamen dari in aliquo membro viventis. ibidem.
- Temperamentū ad pondus & ad iustitiā. 442. p.
- Temperamentum quantum varietatem subeat. 337. f.
- Temperamento variato non semper interit animal. 338. f.
- Humani corporis temperamentum ceteris præstantius. 449. m.
- Salamandra temperamenti frigidi. 399. m.
- Temperamentum calidum & humidum propagant vitam. 479. p.
- Temperamentum siccitatis & caloris. 470. p.
- Temperamentum singularium partium animalis. 469. f.
- Temperamentum cur indicet ingenium. 461. f.
- Temperamenta quatuor. ibidem. f.
- Temperamenta quatuor anni partium. 466. m.
- Temperamentum singularium ætatum. 468. p.
- ### T E R M I N V S.
- Terminus ad quem corruptionis est terminus à quo generationis. 20. m.
- Terminus generationis primitate intentionis. 113. p.
- Terminus generationis vt quod. ibidem.
- Terminus generationis formalis & proximus. 114. p.
- Terminus principalis generationis, qui corruptionis. 113. f.
- Terminus corruptionis negatiuum quid. 118. m.
- Forma & compositum vt terminant generationem. 114. p.
- Discrimen inter terminum magnitudinis ad generationem & ad nutritionem requisitū. 272.
- Cur ignis non dicitur facile terminari termino alieno. 383. f.
- Cur minutissima non bene terminetur alieno termino. ibidem.
- ### T E R R A.
- Terra stirpibus alimenti promptuarium. 33. f.
- Terræ conuenit siccitas in summo gradu. 390. f.
- Inter elementa ignis vt agens, terra vt patiens. ibidem. m.
- Terra sicca & frigida. 391. p.
- ### D I V V S T H O M A S.
- De opinione Diui Thomæ circa subiectum accidentium. 48. m.
- Omnes species quantitatis habere imperfectionem, non omnes species qualitatis ex D. Tho. 41. m.

Quo

I N D E X.

- Quomodo Diuus Thomas putat Dæmones
posse edere humanam prolem. 95. f.
- D. Thomas de intentione naturæ in pro-
ductione sceminæ 122. f.
- Quomodo D. Thomas intelligit opinionem
Platonis de triplici anima. 153. m.
- Diuus Thomas ait relationem patris & ma-
tris distinguit specie. 189. m.
- Qui veritatem querit ambiguitatem vitet. 27. p.
- Veritas chatior Philosopho, quam Plato. 187. p.

V I N V M.

- In vinum aqua conuertitur. 344. m.
- Aqua non à vino diluto eximi potest. *ibid.* f.
- Multa de vino, 460.

T O T V M.

- Totum absque noua actione emergit. 116. m.
- Totum est generationis terminus primitate
intentionis. 113. m.
- Vide compositum & partes.

V E N A.

- Venæ quales. 108. m.
- Venæ è iecore propagantur. 209. m.
- Vena umbilicaris. *ibidem.*
- Venæ mesaraicæ. 222. m.
- Vena caua magna. 225. p.
- In venis sæpe vtraque bilis reperitur. 231. m.
- & 246. m.
- Vesicula vtriusque bilis, 246. m.

V E N E N V M.

- Venenosis quæ animantia vescantur. 237. f.
- Venena sumendi consuetudo. 339. m.
- Quod vni alimentum alteri venenum. 138. m.
- Inter venena frigida, opium & cicuta. 399. m.
- Contra venena plura remedia inuēta. 481. m.

V E N T R I C V L V S.

- Ventriculus communis officina. 221. m.
- Ventriculi substantia & forma. *ibidem.*
- Ventriculo concoctio non omnino necessa-
ria ex Galeno. 224. p.
- Ventriculus naturæ membranæ. *ibidem.* m.
- Ventriculus an Chylo alatur. 245.
- Ventriculus ex parte alitur chyloso suc-
co. 246. f.
- Ventriculus cur hyeme calidior. 318. m.
- Vrsi ventriculi segnitiam vt castigent. 252. m.
- Ventriculi vires minuit ciborum copia. 484. m.

V E R B V M.

Diuinum.

- Verbum Diuinum sustentat humanitatem sine
imperfectione. 79. m.
- Verbum Diuinum quomodo mutari dica-
tur. 87. p.
- Verbum Diuinum vniuit in triduo formam
cadaveris, 131. f.
- Vnjo Hypostatica inter Verbum Diuinum &
Humanitatem soluta fuit per mortē. 147. m.

V E R I T A S.

- Veterum dogma de ratione iudicandæ veri-
tatis, 9. p.

V I O L E N T V M.

- Violentum quid. 119. m. & 491. p.
- Mors violenta. 121. p.
- Nullum violentum perpetuum. 490. f.

V I T A.

- Vitæ & mortis figura in duabus mundi par-
tibus. 217. f.
- Vitalis facultas. 108. p.
- Vita consistit in calido & in humido. 467. f.
- Calidum & humidum temperamentum lon-
giorem vitam reddunt. 479. p.
- Vitam in multa secula producere non possunt
medici. 481. m.
- Possunt medici vitam extendere. *ibidem.*
- De ligno vitæ. *ibidem.* f.
- De virtute pomi vitalis. 483. m.
- Cur homines antiqui diuturnioris vitæ. 484. p.
- Qui diu vixere. *ibidem.*

V I V E N S.

- Triplex notio generationis viuientium. 87. f.
- Discrimen generationis viuientium. 88.
- Generationis viuientium definitio. *ibidem.* p.
- Viuentium moueri proprium. 170. m.
- Viuentium partes dupliciter. 206. p.
- Viuētia quo pacto ab intrinseco intereāt. 249. m.
- Viuens quandiu viuit nutritur. 251. f.
- Argumenta in oppositum. 250.
- Viuentium imperfectiorum formæ dissimi-
les. 260. m.
- Viuentium appetitus ad conseruationē. 179. m.
- Inter viuas & alimentum actio & per-
ceptio. 469. p.
- Omnia viuētia lege naturæ morti succum-
bunt. 478. p.
- Variz causæ ortus & interitus viuentiū. *ibid.*

V N G V E S.

- Vngues versus omnem dimensionem cres-
cunt. 165. m.
- Qui patent vngues animari forma toti-
us. *ibidem.* p.
- Qui patent vngues animatos esse & informari
alia forma, *ibidem.* f.

Yyy

Qui

INDEX:

Qui putent non esse animatos.	166.
Vnguium generatio.	ibidem.
Vngues crescendi habent terminum.	167. p.
Vngues quo modo auagescant.	ibidem. m.
Vngues præfisi cur pueris citius regenerantur.	168. p.
Vngues tota vita crescunt.	ibidem.
Vngues in cadaueribus vt crescant & nutriantur.	168.
Vngues suis constant organis.	ibidem.

V N I T A S.

Vnum per se & per accidens.	63. p.
Qui vnum principium fecere.	5. f.
Quo modo intelligendum, virtus vnita fortius agit.	325. f.
Vnitatem dat forma.	143. p.
Vnum vni contrarium.	396. f.
Vnum per se ex substantia & accidente non fit.	371. m.

L A V S D E O.



[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

A Duerte á pagina duodecima vsq; ad paginam vige-
simã quartã numerorũ notas male sibi coherere, nec
meliùs emédari potuisse ad vsũ indicis & mendorũ, quàm
si post paginã decimam secundã statim apponas decimã
septimam, ac reliquas deinceps vsque ad vigesimã quartã
subsecuto ordine tibi componas: hinc enim iam alij nu-
meri, vt plurimum, recto tramite gradiuntur.

ERRATA POTIORA SIC

Corrige. Prior numerus paginam, poste-
rior lineam indicat, à fi. à fine paginæ.

7 5. à fi. Nunc. 11. 4. incommodi. 11. in fine cocuntibus. 18. 28. à fi. recipit vel amittit
generatio vocatur. 18. 26. à fi. concretiones vel secretiones. 18. 23. à fi. gurtalis, quæ citius.
19. 4. a fi. accidente. 19. 5. si posteriori. 19. 8. funditus. 21. 6. tum aliorum. 21. in fine
simpliciter. 25. 1. à fi. eadem. 31. 1. vt cumque. 38. 15. filum. 38. 5. à fi. alterationem. 110.
6. generationis 111. 2. à fi. respiciens. 113. 1. terminate. 123. 10. pro materiam dic matrem.
140. 9. illa. 143. 13. negari. 159. 17. à fi. ob. 172. 15. tantum. 183. 21. feminis. 208. 16. à fi.
sensus. 248. 3. à fi. elementorum. 260. 9. à fi. lege, nouam animæ. 266. 22. crescunt. 272. 2.
a fi. concluditur. 317. 18. lege, quam habeat calor. 318. 10. à fi. præclusionem. 319. 11. corpore.
372. 20. dele, q; 381. 3. à fi. declarabat. 394. 8. frigidus. 394. 9. inducit. Ibidem, penetret.
395. 13. à fi. qualitatis. 402. 11. auctum. 413. 22. potest. 417. 7. est enim vtroque. 432. 11.
hac. 432. 12. à fi. esset. 443. 23. num. 484. 11. à fi. trecentos. 492. 1. à fi. effata. 499. 18.
repugnantia.

FINIS



A Digne à pagins duedacina...
A l'indication de la page...
à l'indication de la page...
à l'indication de la page...
à l'indication de la page...
à l'indication de la page...
à l'indication de la page...

ERRATA CORRIGENDI
Corrige. Pour donner plus de...
l'orthographe indiquée à la fin de la page.

...à l'indication de la page...
...à l'indication de la page...
...à l'indication de la page...
...à l'indication de la page...
...à l'indication de la page...
...à l'indication de la page...
...à l'indication de la page...

1711

